



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

III. Markgraf Johann schenkt dem Kloster Semritz das Dorf Popow, am 8.
September 1315.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

II. Markgraf Woldemar schenkt das Dorf Sezenow dem Kloster Zuckau, am 1. November 1313.

In nomine domini amen. Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesberg marchio, tutorque incliti Johannis, de Brandenborch marchionis, cum manifesta recongnicione cupimus fore notum nichilominus protestantes, quod ob reverenciam omnipotentis dei sueque genitricis Marie necnon ob salutem et remedium nostre anime omniumque nostrorum predecessorum animarum damus et ratificamus pio szelu et favore ecclesie sancte Marie in Sucawe villam Ceczenowe et clausuram in Leba a lacu Lebsco usque ad salsum mare quocunque eciam dicta Leba a lacu sibi viam fecerit ad mare transeundo cum omnibus et singulis attinentiis ac omnibus libertatibus et iuribus, que ad nos dinoscuntur pertinere, transferimus per presentes ad ipsam ecclesiam predictam, ita quod ipsa perpetuo possidebit pacifice cum quiete. Ne igitur hec nostra donacio per nos rite facta queat in posterum per quosdam, quod absit, molestari, prefens dedimus scriptum nostri sigilli munimine firmiter communitum. Testes huius facti sunt fideles nostri Ulricus de Lyndowe et Guntherus de Keuerenberg, comites, et Slotekinus, nostre curie prothonotarius et alii quam plures fide digni. Datum Koninghesberg, anno domini millesimo trecentesimo tercio decimo in die omnium sanctorum.

Danziger Stadtbibliothek Gedanensia XV, 4° 104. Copiarium des Klosters Zuckau saec. XV, S. 15 a.

III. Markgraf Johann schenkt dem Kloster Semritz das Dorf Popow, am 8. September 1315.

In nomine domini Amen. Actus humani generis in obliuionis lapsum deciderent nisi aliqua perhennitate in futurorum notitiam deducantur. Hinc est quod nos Johannes, dei gratia brand(enburgensis), lusatie et de la(ndesberg marchio, ded)imus et damus religioso viro domino mathie abbati et conventui in sambriz et per presentes donamus donatione libera propriet(atem ville) popowe cum libertate omnimoda, nichil nobis penitus in ipsa villa iuris reseruantes, quam precariam volentesque ut ipsam villam sub metis et distinctionibus possideant subnotatis. Meta prima est inter villam popowe et villam Drageheym, ad arborem finalem stantem iuxta fundum versus Drageheym, ab hac arbore usque ad fontem studeniz directe inter zueryn et popowe, sicut ipse dominus prymez el rex polonie, distinxit cum predictis ciuibus de zueryn, de studeniz directe versus orientem usque ad stagnum saben, in quo vna tractura piscium pertinet ad villam popowe et de hoc stagno versus fossatum argille et de hoc fossato usque ad fornacem picis, que est post predictum stagnum et de hac fornace usque ad pinum directe in qua est cornu cerui, que est in via de meferiz versus zueryn et in hijs metis est situm stagnum dictum glyft. Item directe de hac arbore usque ad cumulos, qui facti sunt inter paludes zarniblot et de hijs usque zarniblot directe et hec sunt distinctiones metarum inter popowe et rugow, item mete inter popow et Goriz de zarniblot usque ad quercum, que refecatae st in qua est meta et hec est iuxta stagnum Glambeke. Item de hac quercu directe inter blefowe et popowe et Goriz usque ad montem vbi sunt duo cumuli extensi

et una arbor signata, que facta sunt et signata tempore domini ducis Wlodeslay inter dominum Benyamyn et Bogemilum in Goriz, de hoc monte directe usque ad fluium O bram, in quodam fundo vbi est quereus signata, proinde nobis abbas predicti monasterii perfoluit complete pro quolibet frusto proprietatis quinque marcas, de quibus manere id monasterium quitum ipsum penitus nuntiamus et dicimus per presentes. In cuius facti evidens testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum presentibus Slotkino, nostro dapifero et dominis militibus, nostris Consiliarijs Buffone Gruwelhut, Ottone Sgenke de Sgenkendorp, Henrico de Crakowe, Henningo de Vorlant, pezkone de Loffowe, Buffone de milo, Hermano de Luchowe, cum alijs pluribus ornatu fidei decoratis. Datum anno domini M^o CCC^o XV^o. In die natiuitatis beate marie virginis, VI^o ydus Septembris. Indictione XIII.

Original in der Sammlung Posen'scher Urkunden beim Ober-Präsidium zu Posen (conf. Strehlke's Concepte seiner Arbeit über die Posen'schen Urkunden im Geh. Staats-Archive).

IV. Der Magistrat zu Prenzlau verkauft dem St. Georgen-Hospital daselbst den Acker Cranebruch, am 28. März 1331.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos consules civitatis Printzlaviensis ad univerforum Christi fidelium notitiam tenore presentium volumus pervenire, quod maturo prehabito consilio, iusto venditionis contractu vendidimus, dimisimus et per presentes dimittimus infirmis in hospitali Sancti Georgii nostre civitatis degentibus campum sive agrum dictum Cranebruch, situm prope dictum hospitale, cum omni jure, proprietate, utilitate et usufructu, cum omnibus suis attinentiis, prout in suis limitibus dignoscitur situatus, perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendum, renunciantes omnibus ad usus prefati hospitalis, que in campo habuimus memorato, quem sibi a nobis pro viginti marcis argenti Brandenb. rationabiliter compararunt. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum, ne super his imposterum dubium oriatur. Datum anno domini 1331 in Coena domini per manum Matthie, cuius corpus et anima requiescat in domino Jhesu Christo Amen.

Mittheilung von Hefster aus einer in den Acten des Brandenburgischen Schöppenstuhles befindlichen Abschrift im XVI. Bande, fol. 566.

V. Markgraf Jost bestätigt den Gebr. Schulzen Lehnbesitzungen zu Laagke, am 3. Juni 1409.

Wir Jost, von gotes gnaden margraff zu Brandenburg vnd zu Merhern, offintreten (sic!) mit desern brive, — das wir den erbern Heynen, Hanfen vnd Jaspren, Brudern, Schulte